

30/10/97 AVCTORE BERNARDO  
FVRMERO PHRYSIUS.

N  
O  
4

120



ANTVERPIÆ,  
Ex officina Christophori Plantini  
Architypographi Regij.  
M. D. LXXV.



УЧЕБНЫЙ  
ВОЛОНТЕР  
Института  
Лондонского Университета

ILLVSTRI AC GENEROSO

CHRISTOPHORO AB ASSONVILLA,  
Domino Altævillæ, necnon Regiæ Catholicæ Ma<sup>ti</sup>  
in supremo rerum Status priuatōque concilio, Consi-  
liario digniss. CHRISTOPHORVS PLANTINVS

S. P.

LENIRI salibus grauiora negotia querunt.

Namque nisi interdum, pressus grauitate laboris,  
Tu recrees animum, victus sub mole fatisces.

Hinc meritò pictura mihi solatia fessō

Suggerit, ac oculos animūmque ita pascit, ut eius  
Illecebris captus pellam de pectore curas.

Ars etenim illa suis que dat monumenta, per annos

Perpetuos mansura, typis excusa, sorori

Huic vni, fugiens aliarum fædera, iungi

Exoptauit, & hanc propriam sibi iure locauit:

Vt prauos hominum mores simul vtraque carpat,

Et doceat quos ambitio sceleratique mundi

Blandimenta tenent, cæcāque libidine raptos

Rectum, qui ad cali perducit sidera, calle.

Ergo dum potiora paro monumenta, tuoque

Nomine digna magis, claris virtutibus atque

Artibus ornato tibi nunc patiare dicari

Quas damus effigies, hac ut documenta sub isto

Vulgata auspicio, tua morum exempla secutos

Delecent; quin & nostri sint pignus amoris.

In mundi cauea fortunis alter abundat,  
Alter eget, medio consistunt ordine quidam.  
Viuere quisque putat miserè quem cernit egentem;  
Fortunæ vitam mediocris dicit acerbam:  
Verum felicem pleno declamat ore  
Quem spectat pulchris opibus splendere beatum.  
Hinc venatur opes intentis viribus unus  
Quisque, parum curans quo iure acquirat easdem.  
Stulti mortales corrupta mente laborant:  
Non etenim est extra pellem, sed conditur intra  
Quod inuitat aut vitam contristat. Cernere promptum est  
Qmnibus in vicis locupletes flere proteruos  
Non minus, ac tenui quorum flant omnia filo.  
Quo quisque est maior, magis est obnoxius agra.  
Stultitia; magnos tristari sapere videre est,  
Atque casas humiles latari & viuere latum.  
Non itaque externæ faciunt te stulte beatum  
Divitiae, cum non erectum sternere possint  
Aut recreare queant animum mortope iacentem.

Melior

OP V L E N T I A N O N E X H I L A R A T ,  
nec paupertas contristat.

Melior est bucella panis cum gaudio, quam  
domus plena victimis cum iurgio.

Prouerb. 17. 1.



Mens hominis varie rerum simulachra figurat:  
Hinc non luxuria dicit Adamus Eden:  
Et prius arumnas tolerat nec sentit amaras,  
Sed cotem fiduci deputat esse suæ.

V s v s

Vvv fortune rectus fert commoda secum,  
Latitiamq; parit, cum contrà vivilis abusus  
Cum damno merit as confert in tempore pénas.  
Ebrius è sanò morbos & tormenta vino  
Elicit, illius finem quia nescit & usum.  
At sapiens rerum vires qui nouit, amicam  
Lethifero nouit vitam seruare veneno.  
Læto animo sanus graditur deserta viarum  
Ob sita vepretis, cum duris sentibus iectus  
Pest lectum plumis fartum contemnit & horret.  
Qui glady tractant aciem, ladanuntur ab ipso:  
Qui capulum stringit, non se, sed vulnerat hostem.  
Omnia prudenti cedunt, contraria stulto.  
Per se paupertas, nec non opulentia diues,  
Nec bona nec mala sunt: at stulos viraque ledit;  
Cùm frugi recte, sapienter & utitur illus:  
Tantum usus discrimin habet secretus abuso.

Si oculos

AB VSVS TRISTITIAM, VSUS VOLVPTATEM PARIT.

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum  
erit: si autem oculus tuus fuerit nequam, totum  
corpus tuum tenebrosum erit.

Matth. 6. 22.

3



*Divitiis locuples Dominum collaudat Iobus,  
Oppressus pleno laudat & ore Deum.  
Vtius in cunctis pietas est: omnia puris  
Pura, sed impuris sunt male pura nimis.*

V s v s

V s v s eget modico, valeant si corporis artus:  
Victus alit corpus, vili si veste tegatur:  
Et parui constat victus quem condiat acri  
Esuries stomachi, tegit & sine murice vestis.  
Qui cultu victus, caret vel fonte salubri,  
Ille eget atque caret rebus, quarum indiget usus.  
Si verò cultus mensuram vincat & ultra  
Quam satis est tendat, iam non natura sed error  
Inualuit, querens poscit quod dira voluptas.  
Si caliga demas stricta que cruribus est par,  
Absurdam facies, & fila tenacia rumpes:  
Si laxa demas, poterit seruare decorum.  
Usus habet strictam, persuasit opinio laxam.  
Hinc multi quamvis teneant immensa potentes;  
Attamen & multis se credunt semper egere.  
Et contra (quoniam contenti vivere norunt)  
Exquis multi latanti corde fruuntur  
Non aliter quam si locupletes multa tenerent.  
Falsa regit mundum persuasio multa petentem.  
Falsa facit miseros persuasio falsa dolentes.  
Felices eadem persuasio falsa figurat.

Initium

4  
Q V I D S I T E G E S T A S E T O P V L E N T I A

Initium vitæ hominis aqua & panis & vestimentum  
& domus tegens turpitudinem.

Eccl. 29, 28.



Pauperie cruciatur Achab in diuite regno

Nabothi vites cum cupit esse svas.

At Paulius dunes sub paupertate videtur:

Omnia dunes enim qui facit apta sibi.

R

PAVPE-

QVID SIT HESTAS ET QVALITATIS  
Sed quod est deus et deus est quod sit hestas

**P A U P E R I E M** miseri propria patientur amaram  
Mortales partim culpa, partim sine culpa.  
Sic multi citra culpam nascuntur regentes,  
Et multi immerito fortunas unius hora  
Momento amittunt violenter flantibus Austris.  
Felix qui tolerat patienter, lobus ut olim.  
Vnicuique Deus largitur, & optima confert:  
Divitius mollem compleat ne frangat egestas  
Imbecillum animum vel desperatio tente.  
Pauperie clausum pressat damnatum superbum,  
Ne teneri luxus commercia feda sequatur,  
Atque Deum florens opibus contemnat amicum.  
Ut te divitiae Domino donante sequuntur,  
Sic tibi paupertas Domino donante resistit.  
Ipse iacit caelo quod prouides utile cuique.  
Felices inopes qui citra murmura donum  
Pauperiem immeritam accipiunt, non aliter quam  
Absinthi laticem medicus quem porrigit egro,  
Ut fadum egroto depellat corpore morbum.

Dominus

PAUPERTAS IMMERTA.

Dominus pauperem facit & ditat.

I. Regum 2, 7.



Ut Deus auctor opum quas olim Iobus habebat,

Sic paupertatis tum Deus auctor erat.

Qui bonum utrumque putat, Dominus quia donat utrumque,

Ille animo forti semper utrumque seret.

**P A V P E R I E S** merito culpaq; accita dolentem  
Aggrauat, à Domine non deuenit illa, nec usquam  
Nascitur, in stultis tantum primordia sumit,  
Qui sua consumunt, vel non seruare laborant  
Qua quondam magno parc i sudore parentes  
Congerere in cumulum studuerunt nocte dieq;  
Prodigus eximio victu, cultuq; triumphat  
Supra quād vires patrimoni ferre queant, &  
Euacnat loculos dum querit largus haberi;  
Et dum largus ouat, quæstiam sapè repente  
Sentit egestatem nullo solante reiectus.  
Qui bona non recte custodit, & omnia passim  
Neglit, illum etiam persæpe trucidat egestas,  
Contemptumq; facit dirum sentire dolorem,  
Quod nimia inflarat securum copia rerum.  
In medios dormire dies qui gaudet, & omnem  
Horret sudorem, cumulumq; exhaustis & vrit,  
Induit hic sensim personam pauperis agram,  
Atque metum prater quid sit penuria sentit.  
Communis magnum si nil adiungis aceruum.

Vacantes:

P A U P E R T A S C O M M E R I T A.

Vacantes potibus consumuntur.

Proverb. 23, 21.

Anima dissoluta esuriet.

Proverb. 19, 15.



*Prodigus à luxu vitam traducit egenam:*

*Crescit socordi farris auena loco.*

*Ostia virginibus præcludit inertia somni:*

*Hæc tria pauperies semina digna capit.*

P I G R I-

VACANTE POSITIONE CONVENTUARUM.

ANNO 1552.

POMPEIUS

**PIGRITIA** vicio pleniusque laborat egenus  
 Quem prelarga fons stolidi miseratio vulgi.  
 Hinc piger aut spernit verecunda frontis honorem,  
 Aut animo elata scelerata & malefacta frequenter.  
 Inner secundus amat nummum, ventrisque gulosis  
 Delicias sequitur, contemptum spernit, ubique  
 Molliciem venatur, & abnuit arma laboris.  
 Cynica pera facit securum vivere, & extra  
 Sumptum: nam populus largitur plura petenti  
 Quam possit rapido quisquam consumere ventre,  
 Presertim cum dura fames per regna vagatur:  
 Tunc etenim frustum pluribz dissimilare nonis  
 Quam queat integrum florenti tempore panem:  
 Plus donatur ei panis quam deuorat unquam:  
 Lucrosa illius pannis est oblitera vestis,  
 Ut non cogatur victimum culinaria parare.  
 Sic ditare solet mendicium publica clades,  
 Sic cadis in strictos seruata pecunia casses.  
 Sic magnas corradiit opes mendicus avarus  
 Qui seruare sippem populi consuevit in arceo,  
 Exiguum exiguum cumulans autem fiat acerius.  
 O vilis amarus terra qui sceptra gubernant,  
 Hoc o nere exonerent terras per vincula laboris.

Propter

M E N D I C I A V A R I

Propter frigus pigeratare noluit: mendicabis  
ergo æstate, & non dabitur illi.

Prouerb. 20, 4.



*Ne des mendico perfricta munera frontis:*

*Des inopi in vicis quem vetat ire pudor.*

*Illos ambitio solita est saturare potentum.*

*Hic iacet, & tandem, dum pudes usque perire.*

M E N D I C I

“*So suffice, as thou deservest ill.*”

MENDICI vitam tranquilla per očia in omni  
Nequitia, luxu tetrag libidine ducunt.  
Nam paſſim tutò perfricta fronte vagantes  
Rem faciunt nullo ſumptu nulloq; labore  
Impenſo ingentem, longè vel certius illis  
Qui duram peragunt Christi ſub nomine vitam,  
Atque Deum precibus nocteſque diēſque fatigant.  
Hi ſunt ſacrilegi qui munera ſacra popelli  
Diripiunt, qua quisque Deo Christoq; parauit,  
Credit & in reſtos viſus ſe vertere egenum.  
Hi fuci magna congeita labore vorantes  
Secura populos exngunt arte benignos.  
Hi laqueo digni fures, qui dona piorum  
Absumunt, genum placantes munere raptorum.  
Ergo etiam multi cernentes talia, vultum  
Auertunt, retrahuntq; manum diuersa putantes,  
Et ſua diſpensant tanta donaria cura,  
Ut penè ad laqueum veri cogantur egeniſſe.  
Vos decet, ô reges quibua eſt commiſſa potestas,  
Finibus ignauos vestrīs depellere, & iſlos  
Piſtriniſ, foſſis, remiſque addicere fucos.  
Nam conſtare nequit longum reſpublica tempus,  
In transgrefiores cui vincula ferrea deſunt.

151 M a n d i c u

M E N D I C I   E P I C V R E I.

Seruo maleuolo tortura & compedes: mitte  
illum in operationem ne vacet.

*Eccl. 33, 28.*



*Qui semel innocuum deter sit fronte pudorem,  
Mollicie vincit saepe datoris opes.  
Ille solet populi consumere dona benigni,  
Indulgens genio nocte dieq; suo.*

C

Ne sint

Ne sint mendici, quosdam pudor ipse refranat,  
Quamvis ignauis soleant vitare laborem.  
Hinc se vel furis vel dedunt s<sup>a</sup>pē rapinis,  
Aut desperantes abrumpunt flamina vita.  
Quos pudet ingentem manibus versare ligonem,  
Cum latebras sperant, furtis sua corpora pascunt.  
Ast ali⁹ furis nomen vitare volentes,  
Ut non mendicent, rapiunt, grassantur, & atra  
Cade parant ventri qua donent rapt⁹ voraci.  
Qui neque furantur, neque vi neque c<sup>a</sup>de trucidant,  
Sed magis a vittis solido retrabuntur honesto:  
Ill⁹ (cum nolint operari) depudet; atque  
Aut furere incipiunt, aut collo nectere funem;  
Aut gladium, puteum, laqueum meditaniur, & inde  
Ordūri properant aeterna flamina mortis.  
At quanto satius paterentur dedecus ingens,  
Ieiunamq<sup>z</sup> famem, quam sic morerentur inique.  
O Deus ignauis tantum defende periculum;  
Ausfer eis animum furandi, tolle superbam  
Mentem, qua rapiunt, spoliant iugulantq<sup>z</sup> latronum  
In morem: clemens ill⁹ tua gratia dextram  
Porrigat, aeterna pereant ne morte subacti,  
Cum desperantes vitam profundere pergunt.

PAUPERES

PAUPERES MALEFICK



Ignatum placide nimium tractare solemus.  
Corpore qui valido scindere posset humum.  
Hinc nimia exundat nebulonum copia passim,  
Qui furtis vexant, cæde bonosque necant.

C 2

S V N T

S V N T aliqui vera qui paupertate laborant  
Proclives in opus, quos non ignavia tardat,  
Sed fortuna parum radiis aspergit amicis:  
Hi digni quorum populus misereoscere posset.  
Multa domos struxit locupletes turba potentum,  
In quibus agroti muti, surdig, fruantur  
Hospitio: sed nulla domus constructa patescit  
His quibus aduerso succedunt omnia lapsu.  
Hi quamvis sese sudoribus usque fatigent,  
Noctes atque dies quaestum venentur, & intra  
Pellem se teneant; tamen haud lucrarier unquam  
Vel tantum possunt, valeant quo tollere prolem  
Vxorēq; suam. Cum nil industria prodest,  
Ne vel furtiu vel rapio vltuere suscant,  
Tandem cum sicco commutant pane pudorem.  
Hos si non teneat mendici mantica dulcie,  
Sed citò resiliant, victum sudore paréntque,  
Cum tolerare datur, merito dicemus egentes:  
Si iusto officio succurrere talibus omnes  
Festinent, iustasque preces praeuertere current;  
Haud dubie illorum verecundia salua maneret;  
Nec tam magna foret mendicūm turba: proinde  
Felix qui recte causam procurat egentum.

Quatenus

VERI PAUPERES.

Quatenus fecisti vni de his fratribus meis  
minimis, mihi fecisti,  
*Math. 25,40.*



Barrabam absoluunt, Christum sine crimine damnant.  
Donatur sceleri, vita negata Deo.  
Pascimus ignauos, iustis alimenta negamus:  
Quomodo ritè locet munera nemo videt.

GRÆCAS

**O C A E C A S** hominum mentes, quam paucā requirit  
Humanæ vite, si rectè prospicis, usus;  
Vt multis egeant persuasit opinia multis,  
Non natura, ducem quam quisque sequatur oportet.  
Illa sitim duramq; famam durumq; recusat  
Frigus, & hac modicō gaudet depellere sumptu.  
Fluminis unda sitim cū vinum deficit, aufert;  
Esuriem panis, compescit frigora vestis.  
Hunc seruat natura modum, nil amplius optat.  
Quodcumque adiicitur, suadet damnata libido.  
Non ratio. Nam sic quondam vixere Catones  
Et Curī sola nature lege coacti:  
Qui nos Christicolas damnabunt iudice Christo,  
Quod cum deliciis luxum sectemur inertem:  
Non ita præcessit cuius sub nomine vitam  
Ducimus, ille famem per pessus sep̄ sitimque  
Per mundi spinas calum concepit in altum.  
Stulta superuacua fingit persuasio curas,  
Sed paucis contenta viget natura, profecto  
Ignavi non sunt digni qui pane fruantur.  
Omnibus uanda patet, longos quoque durat in annos;  
Vestis & exiguo sensim reparabilis erit est.  
Qui manibus tolerant viculum noctesque diēsque  
Quamvis indigeant multis in paupere regno;  
Non tamen idcirco, quoniam fortuna molesta est,  
Despondent animos, contenti sorte laborant,  
Ac ignava iuuent protensis carbas a remis.

Nihil

Q V A E R E S S I N T N E C E S S A R I E.

Nihil intulimus in mundum : haud dubium quod nec  
auferte quid possumus. Habentes autem alimenta  
& quibus tegamur, his contenti sumus.

I. Timoth. 6, 7.



8

Si pede sit maior, subuertit, si minor, vrie  
Calceus: equalis conuenit usque pedi.  
Qui sequitur fastum, nunquam contentus abibit:  
Sed cui conueniet res sua, iutus erit.

INVENIAS

INVENIAS aliquos qui sumptibus omnia perdant,  
Vel sua committant incerta commoda sorti.  
Invenias etiam qui sollicitudine multa  
Fuluum defodiant aurum tellure sub ima.  
Hi sunt qui soleant opib[us] violenter abuti.  
Prodigus absumpsis in Bacchi pocula rebus,  
Aut in scorta, coquos, ganeones atque popinas,  
Pauperie tandem opprimitur, turpemq[ue] profusis  
Sentit egestatem nummis atque are redemptam.  
At quem defosse delectat lamina nummi,  
Qui colit argentum magis quam pia numina diuum,  
Stultitia superat parasangis mille priorem.  
Corporis hic vires macerat quo crescat aceruus,  
Et vitam dicit plenam formidine, tantum  
Intra mensuram viuens ut prodigus extra.  
At qui fortunas ponti fallacibus vndis  
Aut aliter temere committit flantibus curis,  
Est canis Aesopi similis, quem fabula narrat  
Cum vana carnes umbra mutasse relietas:  
Nam dum venatur questum per saxa, per ignes,  
Per maria & terras, in fraudem decidiit ultro:  
Dum pro speratus incertis certa relinquit;  
Pauperiem metuens hora temerarius una  
Assequitur, dum non contentus sorte quiescit.  
Usque adeo stultis cognata est semper egestas.

Qui dilig

ABVS VS FORTVNARVM

Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat  
vina & pinguia, non ditabitur.

Prouerb. 21, 17.



Qui supra citráue modum conuiuia tractant,  
Vel temere arripiunt omnia, egere solent.  
Prodigiis & stulte temerarius omnia perdunt:  
Sponte sua, condens plurima, auarus eget.

D

AT frugi

At frugi medium recte ferit undique tutus,  
Naturamq; ducem sequitur comitante labore,  
Et cum prudenti dispensat singula cura.  
Ille lucrum semper quaris vigilanter honestum,  
Ex quo desumit quantum natura requirit,  
Quod superat seruans in dura pericula vita.  
Et quamvis hominum tam sit furiosa libido,  
Et tam corrupti mores, ut pluribus omnes  
Indigeant quam si tecllo vel pane vel unda  
Contenti vivant; tamen & frugaliter omnem  
Instituit vitam, nec prauis moribus ullis  
Urgetur, faciat sumptum quin sorte minorem.  
Ille habet in promptu que multi commoda desunt,  
Quaeis infelices promptè solat sur egentes.  
Ille pater felix dominusque & semper abundas,  
Et tu ominus casu securus ab omni:  
Et caret inuidia, non morbus vexat inertem:  
Sed purus dapibus contentos exigit annos  
Sobrius, in Christo tranquilla mente quiescens.  
Sic peritur calum vita feliciter acta,  
Non ut delicias mollesque sequantur amores.

Vita sibi

PORTVNARVM RECTVS VSUS.

Vita sibi sufficientis operarij condulcabitur,  
& in ea inuenies thesaurum.

Eccle. 40. 18.



Qui iuste partis moderatè vivit, et apta  
Quæsumus cura dat quoque pauperibus.  
Ille Deo fidit, virtutem plus facit auro,  
Natura vitam conuenienter agit.

D 2

NON

Now, si thesaurum solidi cumulaueris aurum,  
Argentum loco massam stipaneris amplus,  
Dinitus appellant homines se nomine vero:  
Sed tua si fuerit nummum satiasa cupido,  
Si viuas animo leto, nil amplius optes;  
Diuitis egregium nomen portabis honeste:  
Vera etenim nullis opulentia clauditur arcis.  
Contenti sed eam concludunt scrinia cordis.  
Panperior Codro, mendico viuis & Iro,  
Cuius amor gliscens nunquam saturatur habendis.  
Plura petis semper solidi mala opinio vulgi:  
At sapiens modico vitam traducit aceruo  
Contentus letam. Capias ut cuncta libido  
Qua monet, haud homini promptum diuinitus ulli est.  
Deponatur amor rerum quas cura negauit  
Summa Dei humano generi; ne plura petamus  
Quam rasio nostris subiecit viribus: hec est  
Paupertas animi que tempora australia scandit.  
Sic verè sanctum factis imitamur Iobum  
Quæ possessa facit nihil, deperdita iuxta  
Aestimat, & domino submittis cuncta potenti.  
Sic Christum induimus, sub quo Deus omnia nobis  
Largitur. Christum qui possidet, ille repente  
Divis habet quicquid thesauris conditur usquam.  
O stultos homines, luxurientum queritis aurum  
Atque Deo praeferitis opes. Viliissima rerum  
Precludunt vobis celestia tempora Tonansis.

Sint mo-

Q V I D O P V L E N T I A .

Sint mores sine avaritia, contenti presentibus;  
ipse enim dixit, non te deseram  
neque derelinquam.

Hebr. 13, 5.



Vulgari dicto populi bene diues habetur,  
Contentus viuit qui bene sorte sua.  
Sit tua fors Christus, distaberis atque repente;  
Et proprie Christum cuncta purabis acme.

Q VI

Qvi superare modum sumptu contendit, & ultra  
Fortunam, redditus, quæsum coniuia tractat,  
Vel sua cum scurris, lenonibus atque magiris  
Consumit, donatue feris patrimonia scortis.  
Crede mibi, tandem vesanos propter abusus  
Sentier ærumnas commisso criminè dignas.  
Ille gula furatur opes, quas nomine Christi  
Possidet ut donec cœū dispensator egenis.  
Sobus quippe vorat tantum perditq; rapaci  
Guttura quo senos aliter tolerares egentes.  
Hinc oritur, pœnas quare dependat in orca  
Diues, at in gremio contrâ despectus ab ipso  
Nacheride molli requiescat pace solutus  
LaZarus.. O qualem tu luxuriose talenta.  
Reddes absumpsi rationem, si Deus olim  
Exiget usuratas seruatas sorte Incratas.  
Scilicet immensas letho dabis improbe pauperes  
Atque adeò hic etiam dum vita superstes, egebis  
Et duram patiere famem, contemptus ab ipsis.  
Qui tecum, socius, vixerunt turpiter olim.  
Tum renocare voles transactos nequiter annos.  
Sed frustra aeternum vinet sub peccore vulnus.  
Corrupti luxu mores tua corda perirent,  
Conscia mens lapsa recolet cùm tempora vita.

Vacantes

Vacantes potibus & dantes symbola, consumentur.

Prouerb. 23, 3.

Qui nutrit scortum, perdet substantiam:

Prouerb. 29, 3.



*Quid mirum, fundos si prodigiis enomas haustos:*

*Illos comminuit faucibus ante suis.*

*Gracari solitum tandem diuexat egestas;*

*Qui vel pauperibus danda alimenta vorat.*

QVI plus

QVI plus quam satis est nummorum feruat in arca,  
Quiq; facit sumptum lauta pro sorte minorem,  
Atque magis ciste, quam ventris commoda querit;  
Divitias prius ille suas commendet arena  
Quam stomacho, sitiet potius quam sumet Iacchum,  
Atque famem duram patietur sordidus. (hac est  
Vilis avaritia pietas; tam iusta rependit  
Præmia: vix donat fidis alimenta ministriis).  
Officium nulli præstat, quin plura reposcat;  
Quod datur ingratus signo concludit & arca:  
Aure spem fuluo sperat sedare metallo.  
Sed frustra lignis flammam sedaueris ignis.  
Stultus Alexander totum dericerat orbem,  
Divitis atque Asia populos subiecerat, omnes  
Thesauros Arabum cumulauerat, undique tutus  
Quid facit audito plures extare triumphos  
Alterius mundi: locuples tristatur, & ardet  
Alterius mundi mundo glomerare decorum:  
Nam putat exiguum quod possidet, altera poscit  
Non aliter quam qui consumuntur hydropedo,  
Semper poscit aquam quamvis exhausterit urnam.

Vir cui

A V A R I.

Vir cui dedit Deus diuitias, &c. nec tribuit ei  
potestatem Deus ut comedat ex eo, sed  
homo extraneus vorabit illud.

Eccles. 6. 3.



Semper avaricia studium insatiabile macra:

Crudelis miseris est famulisque suis.

Quarit opes quarum locuples & pauper abundat:

Eius diuitias tinea sapè vorat.

-uileb id V

E

PRODIGVS

**P R O D I G V S** & nummi nimium seruato auarus.

Stultis à vulgo plerumque notantur at illum.

Qui citravires patrimonii vivit, & ultra

Vsum plebeium coniuia splendida tractat,

Ut simul hand pereat, sed sensim crescat aceruus,

Ceu bene prudentem totus laudauerit orbis.

Nam neque sollicitè nimium patrimonia seruat,

Nec semere nimium consumit (vulgo ut inquit)

Sed consernit opes tanquam sit plenus earum,

Vivere & instituit Epicuri more beatum.

At Deus hunc stolidum profatur, temporis huic

Iucundum vita eterna qui praferat usum.

In terra condit thesauros furibus atque

Blaatis: maiori cum sedulitate laborat,

Quo cistam vacuam nummis, vel compleat ollam,

Quam quo sedatos mores virtutibus ornet.

An non Anticyra dignus, qui stultus honores

Stultarum seclatur opum, quas pluris amat, quam

Templa poli summo qua sunt constructa Tonantis?

An non Anticyra dignus, qui corpus honorat,

Corporis & dominam patitur viles cere mentem?

At facit hoc mundi sapientia, diligit aurum,

Curat opus, seruit nummo, quia nummus honorem

Atque voluptatem largitur sapè ministro.

Nemo caelesti construxerit horrea messi:

Quisque diem nummo, Ione sed commodas horam.

**Vbi thesau-**

S A P I E N T E S M V N D I.

Vbi thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.

A.M. 33. 39.



16

Horrescit mortem venientem diues, in auro  
Qui fuluo misera spemq; fidemq; locat.  
Ile prius terra nigro condetur in orco,  
Auri quam terra gnatiter vesus erit.

E 2

Hie

Hic stultus mundi sapiens consuerit abutī  
Stulti dinitiis, dum vel desperdere multum,  
Vel seruare soles. Mores regionis & alma  
Delititia carnis faciunt complurium egenem.  
Aut sumptu nimio diffundere multa proteruum:  
Contra, ceu diuam cui fidat, seruat, & usque  
Mammonam sequitur, vicinum ut spernat egenem.  
Et nibili curet, moriatur frigore, an acri  
Esurie pereat, nummi modo suppetat usus.  
Vt or, ait, propriis, collecta pecunia nostra est.  
Non sum vinosus, non helluo, viuo modestus:  
Quod superas, seruo, serisque neponibus abdo.  
Quem meus hic sumptus vel quem custodia ledit?  
Non tuus est nummus: Dominum se loua reclamat;  
Custodis domini ceu quæstor serue talentum.  
Si tu luxuria maledicere impendia vites,  
Pauperibus donare potes iqua ferula perdunt.  
His succurre tuis rebus si parcere gestus:  
Non posses unquam melius seruata locare.  
Est gratum Christo quicquid donaenr egeni  
Vel minimo. Cum tu perdis luxuq; talentum  
Diffundis nimio, vel cum diffidis, & aream  
Comple, vicinum pateris quoque strenue egere:  
An non est sumptus tuus & custodia abusus?

In præfensi

R E R V M I N I Q V A D I S P E N S A T I O  
& conseruatio.

In praesenti tempore vestra abundantia  
illorum inopiam suppleat.  
*2. Corinth. 8. 14.*



Luxuria fuitas

Voluptas carnis

17

Quisque sonat Christum factis quem denegat: omnis  
Lengua Deo fudit, quem cor adesse negat.  
Vita placet cumulantis opes, si splendida, vulgo:  
At stolidum sapiens hunc ait esse Deus.

S V M P T V S

SUMPTVS opum nimis, quem rerum gignit abusus,  
Viētu vel cultu nimiis, vel constat utrisque.  
Hac tria cœu diuas seculatur quisque libenter,  
Lumina quo pascat, ventrem vel cures inertem,  
Vel magno rerum multarum splendeat usu.  
Luxurias lauit è viuit, queritq; per orbem,  
Per mare, per terras quo ventrem placet hiantem.  
Hinc qui largus erat, si tandem tristis, & ulorū  
Quām par est, miseri durè responsas egenis.  
Sed quid agis sumptu, quid querit in aëre & unda?  
Escam venatur, qua se putat esse beatum;  
Sed stolidè, velut ore Anyti reus extulit olim.  
Nam quicunque solet sic irritare palatum,  
Lautitiis gustum sedare, replere subura  
Ventrem selecta, licet est dīfīsmus ille:  
Attamen haud fieri poteris quin spernat egentes.  
Intestina cibis variis dum tendit, Iesus  
Esurit atque sittit contempto cum grege Christus.  
Ille quidem credit Iouam tardare, sed errat;  
Namque etiam hic misero vexatur sepè dolore,  
Dum supra vires vinum deglutit & haurit;  
Vnde oritur stomachi vitium quo nauferat, horret,  
Foscidit, donec mersa de naue suburram  
Decoelis aliquis demas Podalirius herbis.

In multis

In multis escis erit infirmitas, &c. propter crapulam  
multi obierunt : qui autem abstinent  
est, adiicit vitam.

Ecc. 37, 38.



sil. vii

Qui sua dat ventri miseris que tollit egenis,  
Sublatus morbis in Phlegethonte iacet.  
Qui pellem curat, nunquam solet esse benignus,  
Christo procurans esuriente gulam.

EXPENSAS

*Exclusis vestimentis vestitum est in humilitate et humilitate vestimentis vestitum est in humilitate et humilitate*

**EXPENSAS** etiam cultus proclares adauges:

Pellibus eximius vel molli vellere Serum

Excludit Christum formosam veste carentem:

Vestitu nimio vulgi venatur honorem:

Et frigere sinit Christi pia membra dolentia,

In se spectantum quo lumina plurima veritas.

At quanto satius nudos vestiret egentes

Impensa, quam nunc in byso & murice perdit,

Ne tandem infelix dives trabeatus ut olim

Contempti poenias nudis dependat in orco.

Quamvis ignorent homines, o tristis abusus

Quam perdi multos oculorum propter honorem!

Dennas Christum, quo gemmis clarus & auro

Emineas, varie baccata monilia gestes;

Purpura & insignem faciat vel penna volucris.

Hinc tua picturis, simulacris atque taperis

Insulis: pulcher, si ionae simia vulcum

Aut vestem pictor referat, qua fulgeat ostro.

Quidnam, stulte, iuvani hacte ludibria vanum?

Audi quid Christus postrema voce loquatur;

Qui te non fallit, sed verum fortiter ipsum

Afferit, in summa veniet cum nube decorus,

Si non vestra reget scelerata superbia nudos,

Nudus eram, dicet, vos deseruistis inermem,

Aeternis a me dominatis cedite flammis.


**In die**

**LXXXVII**

VITA ELEGANS.

In die illo auferet Dominus ornamentum calceamentorum & lunulas, &c. & erit pro suaui odore foetor &c.

*Ezai. 3. 18.*



*Omnes ostentant, quo seruant corpus, amictum  
Antea quem pardus vel piagefit ouis.  
Et nissic faciant, nullo videantur honore  
Digni. Sic nudant Christe benigne tuos.*

F

Q VI

Qvi cupiunt magni mortales inter haberis;  
Hos tanquam seruos vesana superbia dicit.  
Reifico luxu priuatus construit aedes;  
Illiis ast animus fætet ceu putre cadaver.  
Bustum munditiis ornat, purgatq; vicissim:  
Non tangend; latet vitiorum lerna sed intus.  
An non hic usus rerum damnatus abusus?  
Aedificat quicunque casas vigilanter egentum,  
Ille in corde Deo pergratiam dedicat adem.  
Vnusquisque sibi præatoria grandia condit;  
At caput augustinum Christus quo forte reclines,  
Non habet. En seruus sublimis in atria scandit:  
At iacet in stabulo dominus cum bobus & apriis.  
Quæ ratio? tua cur excelsis alta columnis  
Stat domus? an non mors etiam sublimia tangit?  
An non sepè domum magnam crux magna fatigas?  
An non & domino famulorum turba molesta est,  
Cum uidet ante oculos consumi nequiter acri  
Quæ cura seruat patrimonia nocte diéque?  
An non triste canes, buteones atque caballos,  
Perdere quo possent multi, vixisse clientes?  
Quid prodest domino tam splendida vita? relinquet  
Omnia: nil preter victum vel preter amictum  
Ausferet: ingeminat curas sibi copia rerum, &  
Peccando pœnas peccati sensit acerbias.

Videsne

V I T A S P L E N D I D A.

Videsne quòd ego habitem in domo cedrina, & area  
Dei posita sit in medio pellium?

2. Reg. 7. 3.



Superbia

20

Plus canibus laute præbent nitidisque caballis,  
Quam membris Christi, qua simulachra Dei.  
Quæ reserant magnis occludunt ostia paruis.  
Christus eis clandes templa serena poli.

F 2

S i lona

S 1 Iouæ seruit tellus, & quicquid in illa est,  
An non mortales furaci mente laborant,  
In terris audent proprium qui dicere quicquam?  
Qui: quid habent aliunde venit, descendit olympos:  
Est Iouæ donum: non est cur afferat ullus  
Ceu proprium; cuius voluit Deus esse ministros  
Questoresque, piis ut dent alimenta fideles.  
Nemo suum fraudat genium. quis pascit egenos  
Reliquis que de mensa locuplete supersunt?  
Omnes Christicole gaudemus nomine dicti:  
At quis eum prestat. quem poscit Christus amorem,  
Pascat uti micis satur & bene pastus egentes?  
Sed cur Christicolas, queso, nos esse putemus,  
Reddere cum nostrum Christo sua quisque recuset?  
Iona viatores paup' sim per compita mittit:  
Exigit usurias, non sortem, quas dedit ipse.  
Poscit luxurie tantum quecunque supersunt.  
Nemo audit; surdas miseris obuerimus aures,  
Et foribus Christum male grati excludimus ipsum.  
Christum defraudat qui nummos stipat in arca.  
Quod faciunt omnes hodie, furantur, egenis  
Que debent, veluti quondam furata Gomorrah est.  
Iona quidem clemens, sed & idem iustus habetur.  
Qui non largitur miseriis clementer egenis,  
Indignus Iouæ pia quem clementia seruet.

Iniuste

INIVSTA RERVM CVSTODIA.

Iudicium sine misericordia illi qui non  
fecit misericordiam.

Jacob. 2,13.



Iniuſtē ſeruat luxus iniuſtā libido:  
Horrea quām ſeruos plus facit illa Dei.  
Cor, nummos, aures querulus obturat egenis:  
Flexuram credis voce querente Deum?

INIVSTE

INIVSTE custodit opes qui claudit egenti  
Ostia, quo natis lutulentum congerat aurum,  
Et demonstret eis magnum, quo captus, amorem.  
Ut placeat natis, manuſt offendere calum.  
Sed quis amor natum spinas qui collocaſt inter,  
Spinias que mergunt diuini ſemina verbi?  
O cacum, nato laqueos qui ponit, amorem?  
An quisquam puerο gladium commendet? an illi  
Indomitum conquirat equum quo neſciat uti?  
Sauior indomitus opulentia magna caballus,  
Indomita frangit ceruices ſapē inuenit.  
Dum nimis indulgens vitiis folementa ministrat.  
Durum conquerimur callem qui ducit in aſtra.  
Illum diuitiis nato facis asperiorem.  
Ingreditur ſiquidem locuples in limina celi  
Tam facile ut per acum facile eſt transire camelum.  
Debita pauperibus cifta qui claudit acerna,  
Quo natum ditet, nato quoque ſidera claudit.  
Quiſque ſuum manuſt nummis gestire nepotem,  
Aut faſtu clarum tumidos praeſcindere fasces,  
Quam pietate grauem, qua ſemper & vilis uſque eſt  
Quiſque ſuis timide patrimonia magna relinquit,  
Ut locupletet eos, ſtulti quo viuere poſſent.  
O mores hominum corruptos, omnia parent  
Stultis diuitiis, potius confiditiae ionae.  
In ſeſidentes non deſerit ille, nec unquam  
Mendicare ſinit iuſtos vel ſemen corum.

Qui dat

L I B E R A L I T A S   C O E R T E T V R   V T  
dicitur heres.

Qui dat pauperi, non indigebit : qui despicit  
deprecantem; sustinebit penuriam.

Prouerb. 28, 27.



Diffidens Domino cumulat patrimonia natū;  
Et multos, cupiens plurima, egere facit.  
Confidit nummis posita quos seruat in olla;  
Ore Deo psallit, corda sed are fouet.

N O M I N E

NOMINE qui Christum sequitur vitaq; modesta;  
Is parcè insumit, largitur multa benignè;  
Seruat prudenter quæ sunt congesta labore,  
Quo sibi, quo natus, quo cunctis utilis atque  
Pauperibus viuat. Magno discrimine frugi  
Vnicuique suum præstat, quem debet, amorem.  
Ipse imira sortem sumptum facit, atque agit intra  
Communes vulgi rationes ordine vitam.  
Luxuria ramos feliciter amputat, atque  
Sarmentis inopes pascit quos nouit ab usu.  
Pauperiem fratris præsentem plus facit, atque  
Incertiognati cladem quandoque futuram.  
Immo etiam motus miserorum sapè querelis  
Esuriem patiturq; sitim, ieiunat & orat,  
Vi queat exhaustos solari munere egentes.  
Contradicim cernit multos prætexere falso  
Pauperiem, rebus florentibus atque secundis  
Venturam metuit post dura pericula sortem.  
Quod superat, seruat prudenter, & ordine condit  
Vxori, natis, sibi, verum ante omnia louæ.  
Triflatur quod non veniat cui donet, egenus;  
Collocet ut Domini commissum rite talentum.  
An non hic Rex est; an non regaliter iste?  
Vniuit, qui cunctis prodest, & non nocet ullus?  
Scilicet usus opum rectius, quem quærimus, hic est.

Qui semi-

DIVITIARVM R E C T V S V S V S.

Qui seminat in benedictionibus , de  
benedictionibus & metet.

2. Corint. 9;6.



23

At pius à Christi verbis & nomine pendens,

Ieiunat, misericordia largus ut esse queat.

Certus enim natos seponere posse parentem:

Nunquam sed Dominum posse fugare suos.

G

S I quis

S i quis mansuetus rectum contempserit usum,  
Cancellis quoniam pressis constringat & arctis;  
Audiat is secum quidnam natura loquatur.

F A C . A L I I præstes quod vis tibi præstet ut alter.

Quis non a sano bene diuite postulat, uno

Vt careat turdo stomachum quo placet hiantem

Latrantemque fame? quis non sua membra fouere?

Exoptat sumptu, patitur dum frigora & imbris,

Quem temere effudit palmata veste superbus?

Si nos haec fieri nobis optamus egenus,

Cur nos haud aliis præstamus egentibus ista?

Vt vitulum conflet vitem, fert Israhel omnem

Ornatam: cur tu Ioue donare recusas

Dimidium valido quem gestas corpore mundum?

An metuis ne quis vitio tibi vertat acerbus,

Quod louam sequeris, mores regionis & horres?

Quin potius metuis venturum in nube serena,

Ne propter fastum aeterno te mancipet ignis?

Si bene perspicias quantum natura requirat,

Inuenies sumptus temere te perdere multos,

Qui possent seruare donum consultius amplius

Pauperis exiguo genium qui placat acerbo.

Sint parui sumptus, tecum letentur egentes:

Dona manu larga confer tua: plurimus inde

Pronueniet fructus cœli cum templo subibis.

Quoniam

SUMPTUVM MINVTO UT LIBERALITAS AVGEATVR.

Quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues,  
vt illius inopia diuites esletis. 2. Corint. 8, 9.  
Qui habet duas tunicas, dicit non habenti.

LHC. 3, 11.



z 4

Optimus ille Deo similem qui praestat amorem,  
Ut fiat panper, factus ut antè Deus.  
Imminuit sumptum luxus quo donet egenis,  
Ut largi illustris fiat imago Dei.

G 2

O M N I -

OMNIPOTENS summo venturus tempore Index  
Peruigil inspiciens quid quisque agat aut patiatur,  
Reddet pro meritis operum sua præmia cuius:  
Leta probis, contrâ tribuendo tristia, prauis.  
Quanto homines igitur bene vivere, quam male, præstat.  
Cùm vita functum merces sua quemque sequatur.

- 1 Si premitur dura quis paupertate, labori  
Se dedat gnauus; malefacta, atque ocia vitet:  
Vtatur patiens partis: ita tristis egestas  
Et sceleri proclivis, ei nil vicit a nocebit.
- 2 Qui parcet, quo vivat, habet; parcet quoque sumat:  
Sortes, atque eputas horrescat, non sit auarus:  
Infamem fugiat quaestum: parcat moderatè,  
Confidatq. Deo: sic usum adhibebit honestum.
- 3 Diues auarissiam deuites perfidiāmque:  
Viua disiuitiis condendis comparet arcas,  
Quas neque vermis edax, neque fur corrumpere possint.  
Sic viens opibus, Christi mandata capesset.
- 4 O quam leta pias horum vox ultima ad aures.  
Perueniet: Vos huc electi patris adeste.  
Rebus abutentum penetrabit pectora vocis  
Horror postreme: Procul hinc vos ise profani.

Tunc

Tunc dicet his qui à dextris erunt, Venite benedicti Patris  
mei, possidete paratum vobis regnum: &c. Illis verò.  
qui à sinistris, Discedite à me maledicti  
in ignem æternum, &c.

Math. 25.



*Diues inopsque simul patienter ferte laborem,  
Ut deis vigili parta labore piis.  
Sic ut oves Christum venientem in nube feretis,  
As me cùm fuci dicet abite mali.*

F I N I S.

S V M M A P R I V I L E G I I.

P H I L I P P I Hispaniarum Regis &c. Privilegio  
cautum est, ne quis alius præter Christophorum Plan-  
tinum, hunc libellum De rerum vsu atque abusu;  
intra decennium imprimat, aut alibi impressum in suas  
ditiones importet, venalemve habeat. qui secus faxit,  
pœna fisco Regio exsoluenda multabitur: ut latius in  
Regio diplomate expressum est, Dato Bruxella x v.  
Nonemb. m. d. LXXXIII.

Subsign.

I. De Perre.

A P P R O B A T I O.

Hic libellus De rerum vsu atque abusu, doctè & com-  
pendiosè conscriptus est, & pueris & senibus utilis, in  
quo nihil continetur quod sanctæ Catholicæ Ecclesiæ  
Romanæ religionem offendat vel bonos mores.

Ita est Henricus Dunghen Canonicus  
Antuerpien. S. Theolog. Doct.

Bernardus Warbrands Fürmerius

